

verwandt, aber schon durch den gut ausgebildeten Postocularteil des Kopfes, den kurzen Schnabel und die erweiterten Vorder-schienen leicht zu erkennen. Von *Eurystylus* Stål weicht sie ab durch dieselben Merkmale und die nicht breit gerundete innere Membranzelle ¹⁾).

✓ *Tracheluchus multinotatus* n. sp.

Subglaber, niger, macula mox intra oculos, vitta infraoculari, maculis compluribus saepe confluentibus lobi postici pronoti, macula laterali mesoscuti, macula angulorum basalium et apicali scutelli, maculis compluribus corii, clavi cuneisque, angulo apicali et vena adjacente cellulae majoris membranae, maculis nonnullis pleurarum, margine apicali segmentorum ventris saepeque etiam vitta curvata sublaterali ventris (interdum in maculas, unam in quoque segmento, dissoluta) flavis, maculis corii et clavi rotundatis, sed saltem in mare saepe elongatis, membrana ante apicem saepe macula transversa arcuata albescente notata; rostrum piceo-testaceum; antennae et pedes nigra, articulo tertio illarum basi anguste albido, macula basali vel subbasali coxarum, macula parva basali femorum anticorum, maculis nonnullis praecipue basin versus femorum posteriorum annuloque postmediano tibiaram posteriorum flavis, annulo tibiaram posticarum latiore. Articulus secundus antennarum apice collari pronoti subaeque latus et quam articulus primus latior, tertius quarto paullulo longior. Segmentum genitale masculum magnum, sed segmentis ventralibus unitis medio nonnihil brevius. Vagina feminae medium ventris non attingens. Long. ♂♀ 6—7,5 mm, incl. elytr. 8—9 mm.

Congo belg. (Beni à Lesse, leg. Dr. Murtula); Africa centr. (Ituru, leg. G y l d e n s t o l p e).

✓ *Plesiocapsus* n. gen.

Corpus ellipticum, impunctatum, opacum. Caput latius quam longius, ante oculos oblique deorsum nonnihil productum, basi immarginatum, altitudine basali paullo longius, parte anteculari oculo haud longiore, clypeo cum fronte confluyente, distincte nonnihil prominente, basi ejus paullo infra antennas posita, angulo faciali recto, jugis ab antico visis extus fere parallelis, angulo eorum apicali exteriore a clypeo distincte distante, lateribus partis antecularis capitis ab antico visis igitur non rectis, sed angulum et sinum distinctos praebentibus, genis mediocribus, gula obliqua, oculis prominulis, a latere visis oblique reniformibus, antennis

¹⁾ *Proboscidocoris* und *Eurystylus* werden von Poppius weit getrennt, sind aber nach meiner Ansicht miteinander recht nahe verwandt.